Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



189

RIA ℣.

illuminis. Et dixit omne sup illud. una a
dexteris lampadis. et una a sinistris
eius. Et respondi. et ait ad angelum
qui loquebatur in me dicens. Quid
sunt hæc domine mi. Et respondit
angelus qui loquebatur in me. et dixit
ad me. Numquid nescis quid sint hæc.
Et dixi. Non domine mi. Respond
angelus. et ait ad me dicens. Hæc
est verbum domini ad zorobabel dicens.
Non in exercitu neque in robore. sed in
spiritu meo dicit dominus exercituum.
Quis tu mons magne coram zo
robabel in planum. Et educet lapi
dem primarium. et exequabit gra
tiam gratiæ eius. Et factum est verbum
domini ad me dicens. Manus zo
robabel fundauerunt domum istam.
et manus eius perficiet eam. et scies
quia dominus misit me ad uos.
Quis enim despexit dies parvos. Et
letabuntur et videbunt lapidem stag
nei in manu zorobabel. hi sunt
septem oculi domini qui discurrunt
in universa terra. Et respondi. et dixi ad
eum. Quid sunt due olive iste
ad dexteram candelabri. ad sinistram
eius. Et respondi secundo. et dixi ad eum.
Quid sunt due spicæ olivarum quæ
sunt iuxta duo rostra aurea. quæ
per sunt suffundentia de auro. Et ait
ad me dicens. Numquid nescis
quid sunt hæc. Et dixi. Non domi
ne mi. Et dixit. Isti sunt duo filii olei
qui assistunt dominatori universæ terræ.

Et rursus sum Capit. v.
et levavi oculos meos. et
vidi. ecce volumen volans.
Et dixit ad me. Quid tu vides.
et dixi. Video ego volumen volans.
Longitudo eius. xx cubitorum. et latitu
do eius. x cubitorum. Et dixit ad me.
Hæc est maledictio quæ egreditur super
faciem omnis terræ. Quia omnis fur
secundum hinc septimum est iudicabitur. et
omnis iurans ex hoc simile iudi
cabitur. Educam illud dicit dominus exercituum.
et veniet ad domum furis. et ad domum
iurantis in nomine meo mendacium.
Et morabitur in medio domus eius.
et consumet eam. et ligna eius. et la
pides eius. Et egressus est angelus
qui loquebatur in me. et dixit ad me.
Leva oculos tuos et videte. quid est
hoc quod egreditur. Et dixi. Quid sit
est. Et ait. Hæc est amphora egre
diens. Et dixit. Hæc est oculus eorum
in universa terra. Et ecce talentum plum
bi portabatur. ecce mulier una
sedens in medio amphoræ. Et dixit.
Hæc est impietas. Et proiecit eam
in medium amphoræ. et misit mas
sam plumbeam in os eius. Et
levavi oculos meos. et vidi. ecce
duæ mulieres egredientes. et spiritus in
alis earum. habebant alas quasi alas
milvi. Et levaverunt amphoram
inter terram. et cælum. Et dixi ad an
gelum qui loquebatur in me. Quo
iste deferunt amphoram. Et dixit
ad me. Ut edificetur ei domus
in terra sennaar. et stabilitatus. et
ponatur ibi super basem suam.

Et conversus Capit. vi.
sum. et levavi oculos me
os. et vidi. ecce quatuor
quadrigæ egredientes de medio du
orum montium. montes ærei. In
quadriga prima equi rufi. et in qua
driga secunda equi nigri. et in quadri
ga tertia equi albi. et in quadri
ga quarta equi varii. et fortes. Respondi et
dixi ad angelum qui loquebatur in
me. Quid sunt hæc domine mi.